



## **De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibus, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodière

Complectens Sanctos Mensivm Novembris Et Decembris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10263**

De S. Memmio Chatalaunensi Episcopo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

DE S. MEMMIO EPISCOPO CHATALAVNENSI. 1041

busque & lachrymis irrigatur, lamentationibus laniatur, Sed nullam inueniens ma-  
 li solutionem, miraculorum Apostoli recordatur: & quarebat paruum aliquam  
 partem ex eius reliquijs ad medendum ei, qui laborabat. Postquam autem rescivit  
 non comparere corpus Apostolicum, saltem puluerem, quem illud retigit, iussit af-  
 ferre. Quod quidem cum factum esset, pater, aegrotanti filio puluere imposito, sanum  
 vidit eum, quem putabat moriturum, etiamsi ille modicam lucem agnitionis, quam  
 acceperat, sua sponte repulerat, & verè erat mortuus, ut qui acerbam mortem susce-  
 pisset impietatis. Et hæc quidem quantum licuit non aberrando à veritate, compo-  
 sita fuerunt, & conscripta, & Apostoli laudi sunt dedicata. Tantæ nobis lætitiæ causa  
 est hodiè Thomas. Per quem etiam Indorum barbaræ gentes didicerunt eam viam,  
 quæ fert ad cælos: & quorum corpora erant Solis radijs denigrata, euaserunt candi-  
 dis lætisque & a lacribus animis, qui in intelligentiam cadit, Sole purè ac suauiter eis  
 illucescente: Ad gloriam patris, & filij, & spiritus sancti, vnus, & quæ diuini non po-  
 rest, diuinitatis: Quam decet gloria, honor & adoratio nunc, & in secula se-  
 culorum, Amen.

Vide ma-  
 gnam vim  
 pulueris, q  
 retigit cor-  
 pus, S. Tho-  
 ma.

DE S. MEMMIO CHATALAVNENSI EPISCO-  
 PO, PER S. GREGORIVM TVRONENSEM IN  
 gloriam Confessorum, capitulo 66.



HATALAVNENSIS verò vrbis proprius extat pa-  
 tronus Memmius antistes, qui cum adhuc maneret in  
 corpore mortali, mortuum dicitur suscitasse. Ad cuius  
 nunc sepulcrum sæpius confractas miserorum catenas at-  
 que compedes vidimus: sed & nos propriè virtutem eius  
 experti sumus. Quodam enim tempore, dum in vrbe illa  
 comoraremur, puer vnus ex nostris à febre corripitur, fa-  
 tigatur vomitu, ac cibum potumque simul exhorret: no-  
 bis verò magna molestia generatur, quòd huius pueri in-  
 firmas, itinere nostro moras innecteret. Nec mora, basili-  
 cam Sancti adeo, sepulcro prosternor, pro puero effusis  
 lacrymis deprecor, vt qui laborantibus vinctis, disruptis cõpedibus respectu pieta-  
 tis plerunquè consolationem exhibuit, huic febricitanti medelæ refrigeria ministra-  
 ret. Mirum dictu, in ipsa nocte à Sancti virtute visitatus infirmus: mane factò incolu-  
 mis surrexit à lectulo.

21. Decèbr.

S. Memmius  
 mortuum  
 suscitauit.

S. Gregorius  
 Turonensis à  
 S. Memmio  
 salutè agro  
 puero obris-  
 nec.

DE SCIRIDONÈ, Chæremone & innumerabilibus socijs, quæ supra 8. Decem-  
 bris in historia sanctorum martyrum Alexandrinorum, circa finem.

CARMEN \*ALTHELMI EPISCOPI OCCIDEN- \*Adelmi  
 TALIVM SAXONVM, VT BEDA AIT, DE S. VICTORIA  
 virgine & martyre, itemque S. Anatolia, Lib. 2. De Virginitate.



Tempore quo Decius mundum ditione tenebat,  
 Militibus Christi mortis discrimina condens:  
 Extitit in Roma binarum fortè sororum  
 Fama nitens, validis pulsans rumoribus aures.  
 Quas nullus poterat tormentis vincere tortor,  
 Quanlibet infantes mulctaret cæde cruenta,  
 Vt vitæ auctorem superata mente negarent.  
 Altera de geminis felix Anatolia dicta:  
 Altera sed tenuit verum Victoria nomen.  
 Has igitur sponsi claris natalibus orti,  
 Ad prolem generis studuerunt iungere nuptis.

23. Decèbr.

S. Anatolia:  
 S. Victoria.

Sed mens virginis ambarum torrida flammis  
 Stuppas luxuriæ combussit torre pudoris,  
 Spurcitijs mundi contemnens corde caducas,  
 Spargebant gazam, simul & patrimonia dantes,  
 Aurea calcabant roseis crepundia gemmis,

Respuunt  
 nuptias,  
 Sua omnia  
 dant paupe-  
 ribus.

Cunctaque

LS